# ORATORIO
PER
# L'ASSUNZIONE
*DELLA*
# B.MA VERGINE
DA CANTARSI
NEL
*COLLEGIO CLEMENTINO.*



IN ROMA, nella Stamperia di Antonio de' Roſſi.
*CON LICENZA DE' SVPERIORI.*

# INTERLOCUTORI.

L'AMOR DIVINO.
MARIA VERGINE.
L'ANGELO.
CORO DI ANGELI.

---

*IMPRIMATUR,*

Si videbitur Reverendiſſimo P. Magiſtro Sac. Pal. Apoſtolici.

*Philippus Archiepiſcopus Theodoſiæ Viceſgerens.*

*IMPRIMATUR.*

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ord. Præd. Sacri Palatii Apoſtol. Magiſter.

(1) *S. Auguſt. in Pſalm.* 91. Spes enim quæ modò vocatur, tunc non Spes, ſed res erit. Tamdiù enim vocatur Spes, quamdiù non videtur, quod ſperatur, dicente Apoſtolo: Spes autem quæ videtur, non eſt Spes. Quod enim videt quis, quid ſperat? .... Et Spes rei eſt, quæ non tenetur, adveniente ipſa re, non erit jam Spes, quia tenebimus, non ſperabimus.

(2) *S. Anſelm. comment. in* 1. *ad Corinth. c.* 13. Spes finem habebit, dum beatitudinem, quam quiſque præſtolatur, acceperit.

*Idem ibid.* Fides ceſſabit, dum futura, quæ creduntur, advenerint.

*S. Thomas Aquin.* 2. 2. *quæſt.* 18. *art.* 2. Beati fruuntur Dei viſione, ergo in eis Spes locum non habet.

*Idem ibid.* Spes ſicut, & Fides evacuatur in patria, & neutrum eorum in beatis eſſe poteſt.

(3) *S. Anton. Archiep. Florent.* 4. *p. tit.* 6. *c.* 1. §. 3. Fides, & Spes ex toto ceſſabunt: virtutes morales ibi remanebunt quantùm ad habitum, ſed non quantùm ad eumdem actum, quia non ſunt ibi pericula mortis, & delectabilia ciborum, & venereorum, quæ ſunt materia ipſarum virtutum.

(4) *S. Anſelm. comment. in* 1. *ad Corinth. c.* 3. Sola verò Charitas in æternùm perſeverabit, & de viſione Conditoris, ac beatitudine Sanctorum ſinè fine gaudebit.

*S. Auguſt. in Pſalm.* 91. Charitas autem non novit creſcere niſì magìs, magìſque. Si enim amamus, quem non videmus, quomodo amaturi ſumus, cùm viderimus?

*Idem de tempor. Serm.* 53. Hoc maximè hortamur, ut Charitatem in vobis habere, & opere oſtendere per omnia ſatagatis .... Hæc autem ideò major Fide, & Spe ab Apoſtolo eſſe narratur, quià cæteris recedentibus ipſa ſola permanebit. Fidei enim ſuccedit Spes, & Spei beatitudo, Charitati autem non tranſmutatio, ſed ſola reſtat perfectio.

*S. Antonin. Archiep. Florent.* 4. *p. tit.* 6. *c.* 1. §. 3. Charitas verò numquam excidit, quia cum incipit hìc, non deficit in alia vita, ut Fides, ſed perficitur in patria.

(5) *Idem ibid.* Dicitur Charitas mater virtutum, quia ſicut mater ex alio ente concipit, ita Charitas ex appetitu ultimi ſinis concipit actus aliarum virtutum, imperando ipſis.

(6) *S. Thomas de Villan. Conc. de div. Mar. Magd.* Charitas per ſe ſola eſt omnis virtus .... Ipſa eſt enim in creditu Fides formata, in fiducia Spes viva, in victoria fortitudo, patientia in tolerando, benignitas in miſerendo, manſuetudo in ſubſtinendo, in largitione liberalitas, in æqualitate juſtitia, in dejectione humilitas, & denique in omni operatione omnis virtus.

# PARTE PRIMA

*Amor Divino.*

FErmate: Era dovuto alla gran Donna
Fin quì del maeſtoſo, e bel trionfo
Il vanto, che fu già pria diviſato
Da me divino, e onnipotente Amore;
Ragion volea, che preſſo
Al ſublime ſuo carro
Sino alle ſoglie del celeſte Impero
Rendeſſer le virtù col lor ſplendore
Con generoſa gara il giuſto onore.
Ma tanto alla Speranza, che alla Fede
Di poſar nell'Olimpo non è dato,
(1) Poicchè più non ſi ſpera
Ciò, che già ſi poſſiede,
(2) Nè creder più ſi può quel, che ſi vede;
(3) E dell'altre virtù l'uſo neppure
O nell'atto, o nell'opra
Ivi può rimaner, ma ſol perfetta
(4) La Carità ſi rende,
Ed eſſa qual di loro
(5) Vera Madre feconda, e vero bene,
(6) In ſe tutte le aduna, e le contiene.

*Maria Vergine.*

Santo, e divino Amor, poicchè ragione
Vuol, che la Fe, la Speme a me sì care
Mi laſcin' or, che giungo ſovra il Polo,
Fa che tornando queſte giù nel ſuolo
In quell'alme, che vivono racchiuſe
Della ſpoglia mortal nel fragil velo
Nuovi formino Eroi degni del Cielo.

(7) *Idem in Octava Paſchæ*: O Fides catholica .... Totus orbis a principio tibi contradixit, ſed tu potentiſſimè de omnibus triumphaſti. Hæc eſt enim victoria, quæ vicit Mundum Fides noſtra. Hæc reges potentiſſimos Chriſti imperio ſubjugavit. Hæc populos ferociſſimos Chriſti obſequio mancipavit.

*S. Bernard. Serm.* 1. *in Octav. Paſchæ*. Vides quemadmodum ſibi veritatis teſtimonia concinant? Paulus: Fide regna viciſſe Sanctos. Petrus: Principi Mundi reſiſtendum in Fide. Joannes quoque: Hæc eſt, inquit, victoria, quæ vincit Mundum, Fides noſtra.

(8) *S. Auguſt. in Pſal.* 93. In corde chriſtiano, & tranquillitas erit, & pax, ſed quamdiù vigilat Fides noſtra: ſi autem dormit Fides noſtra, periclitamur.

(9) *S. Thomas de Villan. in Octav. Paſchæ*. Fides catholica .... Hæc facit Spe futurorum præſentia bona dimittere, & futuris præſentia commutare.

(10) *Idem ibid.* In proſperis non erigitur, in adverſis non dejicitur.

(11) *S. Laur. Juſtin. in ligno vitæ de Fid. c.* 1. Ipſa eſt, quæ inviſibilium tribuit notitiam, & viſibilium efficit hominem contemptorem.

(12) *S. Bernard. ſuper Cantic. Serm.* 31. Quidquid ſanè eſt illud, quod videt Angelus, hoc mihi umbra Fidei ſervat fideli ſinu repoſitum, in tempore revelandum. An non expedit tenere, vel involutum, quod nudum non capis?

(13) *S. Auguſt. Epiſt.* 119. *c.* 14. Ideo dicitur: Spe gaudentes, ut cogitantes requiem futuram, cum hilaritate in laboribus operemur.

(14) *Idem in Pſal.* 64. Converſatio noſtra in Cælis eſt... Jam deſiderio ibi ſumus, jam Spem in illam terram, quaſi anchoram præmiſimus, nè in iſto mari turbati naufragemus.

(15) *S. Antonin. Archiep. Florent.* 4. *p. tit.* 7. *c.* 2. §. 4. Tria conſidero, in quibus tota Spes mea conſiſtit: Charitatem adoptionis: veritatem promiſſionis: poteſtatem redditionis.

Vanne dunque veloce inclita Fede,
(7) Tu, che ſol quella ſei forte Vittoria,
Che il Mondo vince, che i più fieri, e atroci
Tiranni abbatte, e con potente mano
Doma, e ſoggetta i Popoli feroci.
Sarà tua bella gloria
(8) Dell'Uom vegliando nell'iſtabil core,
Far, ch'egli goda una tranquilla pace,
(9) Sprezzi il preſente, e il ben futuro ſperi,
(10) Ne' proſperi ſucceſſi non preſuma,
E nell'avverſa ſorte non diſperi;
(11) Farai, che quanto brama ciò, che crede,
Con provido conſiglio,
Tanto poi curi men quello, che vede;
(12) E guidandolo a Dio, pure fra l'ombre
A lui traſpiri in qualche guiſa il vero,
Che gli Angeli nel Regno fortunato
Con ſublime ſplendor godono intero.
E tu pur'anche torna
Fida Speranza nell'iſtabil Mondo,
(13) Perchè coll'opra tua ſi renda all'Uomo
Nella brama del ſolo, e vero bene
Quanto felice il duol, tanto giocondo;
(14) E qual'Ancora forte il ſuo penſiero
Da te fermato nel celeſte Impero,
Nel perglioſo mare
Della Terra incoſtante lo aſſicuri,
Che vittorioſo un dì dovrà trionfare;
(15) E gli rammenta infin, ch'à da ſperare
La ſua ſalvezza nell'amor coſtante
Dell'immenſo Creatore,
Che puole onnipotente, e vuole amante.

(16) *S. Auguſt. in Pſal.* 64. Quemadmodum ergo de navi, quæ in anchoris eſt, rectè dicimus, quòd jam in terra ſit, adhuc tamen fluctuat, ſed in terra quodammodo educta eſt contra ventos, & contra tempeſtates: ſic contra tentationes hujus peregrinationis noſtræ Spes noſtra fundata in illa Civitate Jeruſalem facit, nos non abripi in ſaxa.

(17) *Idem in Pſal.* 34. *Conc.* 1. Si meminiſti Fidei tuæ, non fluctuat cor tuum: ſi oblitus es Fidem tuam, dormit Chriſtus, obſerva naufragium.

(18) *S. Joan. Damaſc. parallel. lib.* 2. *c.* 13. Fidei anchoram arripiamus. Proiciamus Spei inſtrumentum, non in Mare, ſed in Cælum; ac ſcapha noſtra, quæ tempeſtate jactatur, a periculis emerget.

(19) *Petrus Cellen. de Aſſumpt. B. M. V. Serm.* 5. Jam ante, ex quo Filius ejuſdem Virginis aſſumptus eſt in Cælis, & ſedet a dextris Dei, flagrantiſſimis exæſtuabant deſideriis Angeli miniſtratorii ſpiritus ſecum habere qualem qualem illam Fœminam, de cujus carne, & ſanguine videbant in Rege, & Domino ſuo humanam naturam in ſede majeſtatis ſuper ſe collocatam.

(20) *S. Bernard. Serm.* 1. *de Aſſumpt. B.M.V.* Quantum enim de ejus præſentia Cælum exultat, numquid non conſequens eſt, ut tantum lugeat hìc noſter inferior Mundus ejus abſentiam?

*Petrus Bleſen. de Aſſumpt. B. M.V. Serm.* 34. Hodiè in Curia cæleſti inter Principes, & Poteſtates angelica celeberrima eſt gratiarum actio, & vox laudis, quia in Cælum aſſumitur Mater Dei. Nos autem potiùs plangere, quàm plaudere decet, qui in hac valle lacrymarum privamur illius præſentia, quæ nobis erat publica occaſio gaudiorum.

(21) *S. Bernard. in Nativit. B. M. V. Serm. de Aquæduct.* Altius ergo intuemini, quanto devotionis affectu a nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria, ut proindè ſi quid Spei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis ab ea noverimus redundare.

(22) *Vgo a S. Charo Card. com. in Luc. c.* 1. 27. Cum de viro produxiſſet fœminam in perniciem, de fœmina virum producere voluit in ſalutem; & quæ fuerat principium humanæ damnationis, eſſet principium humanæ reparationis.

(23) *S. Odilo de Aſſumpt. Dei genitricis Mariæ Serm.* Tu tam granditer gratiâ Dei es referta, ut per Florem tui virginalis uteri omnipotens Pater ſuperaret tenebrarum principem mortis auctorem: & amoveret a Paradiſi aditu gladium flammeum, atque verſatilem: & per eum, quem tua generavit Virginitas, cæleſtis Regni fidelibus aperiret portas, quas clauſerat hoſtis antiqui calliditas, & priorum parentum præſumptuoſa temeritas.

(16) Come nave in mezzo all'onde
Nell'incerto, e infido Mondo
Soffre un cor la ria tempeſta,
E fra turbini, e procelle
Agitato ſi confonde
Nell'iſtabil via del mar.
Ma guidato dalle Stelle
Della Speme, e della Fede,
(17) Se la Fede in eſſo è deſta,
(18) Se la Speme in Cielo è ferma
Lieto, e placido ſi vede
Nella calma riposſar.
Come nave &c.

*Angelo.*

(19) Dal dì, che giunſe nel ſublime Impero
Il Figlio tuo colle mortali ſpoglie,
Le mie compagne fortunate Schiere,
Te pur'anche col tuo prezioſo velo
Bramavano a regnar con Lui nel Cielo.
(20) Quanto però ſi renderà fecondo
Di lieta gioja il fortunato Olimpo
Quand'ivi fermo il piede
Tu poſerai, tanto di pena il Mondo
Ora ſente, poicchè privo ſi vede
(21) Di quella Donna forte da cui nacque
Per l'Uom pria ſventurato
Della grazia divina il bene immenſo,
(22) E da cui gli fu dato
Di riacquiſtar la bella
Già perduta innocenza, e la vittoria
(23) Riportar de' nemici,
Onde s'ei ſoccombea depreſſo, e vinto,
Poſcia di vincitore ebbe la gloria.

(24) *S. Joan. Damaſc. de Aſſumpt. B. M. V. Orat.* 2. Eam circumſtantium Sanctorum, qui adhuc in corpore verſabantur multitudo, retrahebat, ad hunc modum eam alloquens: Mane nobiſcum, o noſtra conſolatio, unicumque in terra ſolatium. Nè nos orphanos deſeras, o humani, ac miſericordis Mater Filii tui, cauſa periclitantes .... Nobis autem, quæ tandem vita eſſe queat, tua conſuetudine orbatis?

(25) *Idem de B. M. V. Nativit. Orat.* 1. Neque enim tui ipſius cauſa progenita es. Quo circa Deo habebis, ob quem in vitam prodiiſti, ut orbis univerſi ſaluti adminiſtram te præberes, atque antiquum Dei conſilium, hoc eſt incarnationis Verbi, ac noſtræ Deificationis per te impleretur.

(26) *Richard. a S. Vict. p. 2. in Cant. Cant. expoſit. c.* 39. Maria facta eſt Mater Dei propter miſericordiam.

(27) *Jacob. de Vorag. Archiep. Januen. de Nativit. B. M. V. Serm.* 4. Eſt Mater carnalis, legalis, & ſpiritualis. Ipſa ergo eſt Mater carnalis Chriſti, quem genuit de veritate ſuæ ſubſtantiæ. Mater ſpiritualis peccatorum, quia eos baptizat per Spiritum Sanctum in fonte miſericordiæ. Mater legalis juſtorum, quos adoptat in filios gratiæ.

(28) *S. Bernard. Serm. 2. ſuper Salv. Regin.* Revertere, viſitans in nobis naturam tuam. Revertere, oſtendendo eam, quam in chriſticolas habes Charitatem tuam. Revertere per ſingularem in nos a Deo datam poteſtatem tuam. Revertere, per eam, quæ tibi ſpecialiter infuſa eſt in plenitudine gratiæ prærogativam tuam.

Oſſerva il pianto, il duolo ſuo rimira,
(24) Aſcolta i ſuoi lamenti, odi, che dice:
Deh! perchè quì mi laſci afflitto, e ſolo
Pietoſa Madre, or che ti porti al Polo?
Se tu ſei la cagion del mio gioire,
Come lungi da Te nell'infelice
Mortal ſoggiorno mi ſarà conceſſo
Di viver ſenza pena, e ſenza affanno?
(25) Penſa, che l'immutabile conſiglio
Decretò, che non ſol per Te naſceſſi,
Ma perchè ti rendeſſi
La mia ſalvezza, e col tuo degno mezzo
A me ſi deſſe il merto
Di conſeguir di eterna gloria il ſerto.
(26) Rammentati, che aveſti il ſomm'onore
Di contenere in Te l'alto Signore,
Acciò nel caſto ſen quali tuoi figli
I miſeri mortali Tu accoglieſſi.
(27) Poicchè ſe Madre ſei dell'infinito
Verbo divino, che la ſpoglia frale
Ebbe da Te, pur Madre reſa fuſti
Come ai Rei di pietà, di grazia ai Giuſti.
Così ti parla il Mondo, o Donna eccelſa,
Onde pria, che Tu giunga in Ciel beata,
Le luci volgi a rimirare il ſuolo;
(28) Dimoſtra, che pur'anche in Te conſervi
A pro di quelli a quali è dato in ſorte
Di poterſi nomar tuoi fidi ſervi,
Col tuo benigno amore il tuo volere,
E co' tuoi beneficj il tuo potere.

(29) *S. Bonavent. in ſpecul. B. M. V. lect.* 3. Maria utique . . . . Ipſa enim eſt lucerna Eccleſiæ, ad hoc illuminata a Deo, ut per ipſam contra tenebras Mundi illuminaretur Eccleſia . . . Tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat Mundum, ubi dies? Tolle Mariam hanc maris ſtellam, quid niſi caligo involvens, umbra mortis, ac denſiſſimæ tenebræ relinquuntur?

(30) *S. Antonin. Archiep. Florent. p.* 4. *tit.* 15. *de Annunciat. Dom. c.* 14. *de nom. V. M.* §. 1. Dicitur autem ſtella maris, & non ſtella Cæli, vel navis maris, quia exiſtens ipſa in ſtatu cæleſtis patriæ, ut ſtella in Cœlo, & non in pelago inquietudine pleno, ut navis dirigit nos in ſtatu viæ, qui ſumus in mari.

(31) *S. Germanus Archiep. Conſtantinop. in Dormit. S. M. Serm.* 1. Ex quo igitur SS. Dei Mater, Cœlum, atque adeo terra per te decorem habuerunt; qui fieri potuit, ut migrando, tua homines inſpectione orbatos desereres? Enimvero abſit, ut ita ſentiamus. Quemadmodum enim in Mundo hoc agens haudquaquam hoſpes eras cœleſtis convictus, ita neque poſtquam migraſti, ab hominum in ſpiritu converſatione alienata es.

(32) *S. Bonavent. ſpecul. B. M. V. lect.* 15. O benedicta, & exaltata non tibi ſoli, ſed etiam nobis. Quid eſt, quàm magnum eſt, quàm amabile eſt, quod video, per te evenire nobis, quod videns gaudeo, quod gaudens, dicere non audeo? Si enim tu Domina es Mater Dei, nonne & alii filii tui Fratres Dei?

(33) *V. Beda Presbyt. Scintillæ c. p. de Charit. ex D. Greg.* Quia Sol cùm nube tegitur, non videtur in terra, & tamen ardet in Cœlo, ſic eſſe occupata Charitas ſolet, & intùs vim ſui ardoris exurit, & foris flammas ſui operis non oſtendit.

(34) *S. German. de Dormit. S. M. V. Serm.* 1. Omnes viſitat, tuaque, Dei Mater, inſpectio in omnes exiſtit; adeoque quamquam teneantur oculi noſtri, nè te videamus, o Sanctiſſima, lubens tamen in medio omnium habitas, atque ipſam dignis te diverſimodè manifeſtas . . Idcirco verò te, Deipara, nobiſcum credimus ambulare. Verè etenim, verè etiam iterum grati animi dicam exultatione, quamquam ab humanis migraſti, haud tamen a Chriſtianorum gente receſſiſti.

(35) *Ludovic. Granat. in Aſſum. B. M. V. Conc.* 2. Cùm Virginis in Deum Charitas tanta ſit . . . fieri non poteſt, quin ea, quæ tanto in Deum amore flagrat, non maximo etiam amore homines ad imaginem Dei conditos proſequatur. Quò enim ardentiùs Charitas fertur in Deum, eò etiam vehementiùs in eos rapitur, quos tamquam Divinum aliquid diligit propter Deum.

(29) Da Te qual vaga ſtella
Nel Pelago profondo
Dell'inconſtante Mondo
Le tenebre sbandite,
E l'ombra della morte
Saran col tuo fulgor.
(30) Regnando Tu nel Cielo
Del mar qual'aſtro fido,
Sarai con bella ſorte
Nel ſuolo altero, e infido,
Guida col tuo ſplendor.
Da Te &c.

*Maria Vergine.*

(31) Figli diletti, or che laſciato ò il ſuolo
Pur con voi ſono, poſciacchè coſtante
Madre vi ſarò ſempre, e fida, e amante;
(32) Nè a ſe mi chiama il mio divin Figlìuolo
Solo perchè beata in Ciel dimori,
Ma perchè di pietà ſovra i mortali,
E le grazie diffonda, e li favori.
(33) Quindi ancora poſando nella Sede
A me ſerbata nel celeſte Impero,
Quantunque all'occhio fral celata, e aſcoſa
(34) Da voi non ſarò lungi,
E coll'affetto mio, e col penſiero.
(35) Amando il mio Signore,
Come non amerò quell'opre, in cui
Poſa la bella immagine di Lui?
E quando in me ſi accende
L'immenſa fiamma dell'eterno amore,
Non ſarà poi ragion, che per mio mezzo
Queſta pur ſu di quelli ſi diffonda
Sovra de quali il ſuo favor comparte,
E che già volle de ſuoi pregj a parte?

(36) *S. Joan. Chriſoſt. Homil. 2. in Matth.* Cùm verus, & dilectus Filius ſit ſempiterni Dei, etiam filius David eſſe dignatus eſt, modò ut te filium faceret Dei: ſervum patrem habere dignatus eſt, ut tibi ſervo Patrem faceret ipſum Deum.

(37) *S. Bonavent. ſpecul. B. M. V. Lect.* 10. Sed numquid ſolùs Chriſti Mater eſt Maria? Imo certè, quod jucundiſsimum eſt, Maria non ſolùm eſt Mater Chriſti ſingularis, ſed etiam Mater omnium Fidelium univerſalis. Unde B. Ambroſius ait: Si Chriſtus eſt credentium frater, cur non ipſa, quæ genuit Chriſtum, credentium ſit Mater?... Nunc omnes gaudendo dicamus: Benedictus Frater, per quem Maria eſt noſtra Mater; & benedicta Mater, per quam Chriſtus eſt noſter Frater.

(38) *Ludovic. Granat. in Aſſump. Virg. Con.* 2. Quid ad ſe piè ſuppliciter confugientibus non impetrabit, quæ ſimul, & Mater miſericordiæ eſt, & Judicis Mater? Ut enim miſericordiæ Mater pro nobis orabit, ut verò Judicis Mater, quod petierit, impetrabit.

(39) *S. Antonin. Archiep. Florent. p. 4. tit. 15. c. 20. de grat. privileg. B. M. V.* §. 13. Regina dicitur miſericordiæ... Convenientiùs dicitur Regina miſericordiæ, quàm gratiæ Regina, vel gloriæ, vel juſtitiæ... Quia plus compræhendit, & ad ampliùs ſe extendit regnum miſericordiæ, quàm regnum gratiæ, gloriæ, vel juſtitiæ: quod probatur ex eo; quia gratia, gloria, & juſtitia per tantùm dicunt collationem boni, & ablationem mali, ut peccati, & hujuſmodi: ſed miſericordia ſe extendit etiam ad id, ubi non eſt collatio boni gratiæ, vel ablatio peccati.

(40) *Petrus Bleſen. de Aſſum. B. M. V. Serm. 34. tom. 24. Bibliot. VV. PP.* Securè jam poteſt in Cœlum aſcendere, quæ in terris vitam duxit angelicam, relinquens hominibus pacem, firmans in eis Fidem, & inextirpabilem Charitatem.

(41) *B. Alber. M. de Laud. B. M. V. lib. 4. c.* 22. Chriſtus aſcendit in altum, dedit dona hominibus: ſimiliter & Maria vera, & unica Filii imitatrix, ex quo aſcendit in Cœlum, dabit & ipſa dona hominibus. Siquidem nec facultas ei deeſſe poterit, nec voluntas. Regina Cœlorum eſt, miſericors eſt.

(36) Se reſe qual mio Figlio il Redentore
Il ſuo Padre divin, Padre dell'Uomo;
(37) Alloracchè con modo inuſitato
Di Genitrice ſua mi diè l'onore,
Madre di queſti me pur'anche volle;
(38) Se dunque porgerò li voti miei
Per l'Uom qual madre provida, e pietoſa,
Ciò mi ſarà conceſſo,
Che al Figlio chiederò Madre amoroſa.

*Amor divino.*

Fra le vicende dell'inſtabil Mondo
L'Uomo nel ſuo periglio non diffidi,
Ma nell'opra, e nel merto alto, e potente
Della Donna real lieto confidi,
(39) Che ſi preggia Eſſa più del nobil vanto
D'eſſer per lui Regina in Ciel clemente,
Di quel, che curi ogni maggior dovizia;
E di grazia, e di gloria, e di giuſtizia;
Poſciacchè la Clemenza ſovra tutte
Il ſuo valor diſtende,
Se con man generoſa il ben diffonde,
E il male a diſſipare ancor ſi eſtende.
(40) Laſciò Maria ſalendo ſulle sfere,
Per togliere il primiero antico danno,
La vera pace a dimorare in terra;
E reſe ancor la Fe, l'Amor sì forti,
Che nuovi abitatori al Ciel daranno;
(41) Se de ſuoi doni reſe il ſuol fecondo
Il Redentore allor, che al Polo aſceſe,
Eſſa immitando il Figlio onnipotente,
Giacchè puole Sovrana, e vuole amante
Le grazie ancor diffonderà ſovente.

(42) *Petrus Cellen. de Aſſum. B. M. V. Serm. 2. tom. 23. Bibliot. VV. PP.* Regnum quidem tuum, o Regina Cœli tibi paratum eſt ab origine Mundi: jamjamque regreſſum, & adventum tuum deplorat, quatenùs, & ſuum acceptabile tibi obſequium præbeat, & tuum gratiſsimum in ſe dominium recipiat.

*S. Idelph. de Aſſum. B. M. V. Ser. 6.* Nec diu hæc Sancta Sacratiſſima Virgo poſt Domini aſcenſionem in terris potuit remanere, quam deſiderabant Angeli, Cœlum etiam, & ipſum de ejus aſcenſione querebatur.

(43) *Petrus Cell. de Aſſum. B. M. V. Serm. 2. tom. 23. Bibliot. VV. PP.* Familia cœleſtis moram tuam faſtidit, manſio Cœli locum tuum hactenus vacuum præſentia tua inſigniri depoſcit.

(44) *S. Bernardin. Senen. in exal. B. M. V. in gloria Serm. 13. art. 1. c. 3.* Tantum enim differt gloria Virginis a gloria aliorum Beatorum, quantum Sol a cæteris luminaribus Cœli: & quodammodo ſicut cætera luminaria irradiantur a Sole, ſic tota cœleſtis Curia a glorioſa Virgine lætificatur, & decoratur.... Et Auguſtin. in quodam Serm. de Nativit. Virg. ait: Ipſum Cœlum, quod penetraſti, nec non cuncta, quæ in eo ſunt contenta, nova, & ineffabili gloria decoraſti, prioremque ejus gloriam, ultra quàm dici poteſt, tua præſentia magnificaſti.

(45) *Idem in Aſſum. B. M. V. Serm. 12. art. 3. c. 1.* Lux corporis B. Virginis major eſt, quàm futura ſint omnia corpora beatorum ſimul ſumpta, dempto glorioſo corpore Jeſu Chriſti.

(46) *Arnold. Carnot. de Laud. B. M. V.* Nulla facta eſt angelicæ dignitati injuria, ſi illius excellentiæ cacumen obumbrat Virgo exaltata ſicut cedrus in Libano.

(47) *B. Albert. M. de laud. B. M. V. lib. 6. c. 13. n. 4.* Iſtæ divitiæ ſunt illi theſauri incomparabiles gratiarum, & donorum, dignitatis, & poteſtatis, honoris, & honeſtatis, meritorum, & præmiorum, quibus ditata eſt Maria, quando Dominus multiplicavit locupletare eam. Hujuſmodi divitiis quas ſecum attulit, ſupra humanum intellectum adaucta eſt gloria Angelorum, & ſanctarum Animarum.

(42) Ma non più, Donna eccelſa, il Ciel non puote
Soffrir, che tardi a poſſeder l'Impero
Al tuo merto dovuto,
(43) E le Angeliche ſquadre, che devote
Preſtan gli oſſequj alla Maeſtà divina,
Anelano con forte, e giuſta brama
Di venerare in Te la lor Regina.
(44) Come il Sol colla ſüa luce
Fa, che ſplendino le ſtelle,
Così avrà dal tuo fulgore
Nuova gloria, e nuovo onore
Chi felice gode in Ciel.
(45) Alle Schiere elette, e belle
Benchè regnino beate
Nelle Sedi fortunate,
Renderà nuovo contento
Lo ſplendore, che riluce
Nel ſublime tuo bel vel.
Come il Sol &c.

*Angelo.*

Vieni, sì vieni a noi, Vergin feconda
(46) Poicchè le ſchiere elette
Soſpirano per lor vanto maggiore,
Che nell'eterno Libano, qual cedro,
Sovra tutte eſaltata
Or ti porti a regnar lieta, e beata.
(47) Vieni, e fide compagne a Te ſaranno
Verginità feconda,
Manſuetudine pia,
Umile Carità, ſpecioſi vanti
Di meriti, e di premj,
E di doni, e di grazie,

(48) *Diſcipulus de Aſſum. Virg. Serm.* 32. Bis evacuatum fuit Cœlum; primò quando Chriſtus aſcendit; quia tunc nullus Angelus in Cœlo remanſit, ſed omnes obviam Chriſto venerunt, tamquam Regi ſuo. Secundò quando B. Virgo Maria hodie aſſumpta fuit, quia tunc omnes Angeli, & omnes Sancti, Patriarchæ, & Prophetæ, cæterique pro tunc in Cœlo exiſtentes cum Chriſto Mariæ obviam venerunt, & ipſam tamquam Reginam ſuam honoraverunt.

(49) *S. Anſelm. de excell. Virg. M. c.* 7. Equidem non eſt ab re credere, ipſum, iis de cauſis, Matrem ſuam præceſſiſſe, cùm ipſe idem Unigenitus hujus Beatiſſimæ Virginis promiſerit ſuis diſcipulis, ſe, ſi abiret, eis locum in cæleſti Curia præparaturum. Si ergo locus ab eo præparabatur ad gloriam, & honorem diſcipulorum, quomodo non præpararetur ad honorem, & gloriam Matris ſuæ, Dominæ ſcilicet, & Reginæ Angelorum?

*Quarricus Abb. in Aſſum. B. M. V. Serm.* 2. *tom.* 23. *Bibliot. VV. PP.* Ut Matrem honorarem in Cœlum reaſcendi. Aſcendi, & præparavi ei locum, thronum gloriæ.

(50) *Diſcipulus de Aſſum. B. M. V. Serm.* 32. Hæc eſt pars optima, quam Maria elegit, & hodie recepit; nam Chriſtus cum honorabili ſocietate, ſcilicet cum omnibus Sanctis, & Angelis Mariæ hodie obviam venit, & eam perſonaliter honorificè in Cœlum duxit.

*S. Bernardin. Senen. de Aſſum. B. M. V. Serm.* 12. *art.* 2. *in corp.* O quis exprimere poſſet cœleſtis Curiæ jucunditatem, atque ſolemnitatem, quando ſurrexit Rex glorioſus Jeſus feſtinus, & lætus, & regali decore laureatus, & totam Beatorum Civitatem commovit, ut omnes Cœli Cives occurrerent Virgini Mátri aſcendenti?

Che tutte apporteranno
Agli Angeli nel Cielo, ed a Beati
Nuova gloria, e ſplendore,
Nuovi preggi ſublimi, e nuovo onore.

*Amor divino.*

(48) Se allor, che nel felice Empireo aſceſe
L'eterno Verbo colle ſpoglie frali,
Degli Angeli le Schiere fortunate
Incontro a Lui tutte ſi fero a gara,
Per rendere gli oſſequj, che dovuti
Erano al Re della celeſte gloria,
Conviene pur, che in guiſe inuſitate
Della loro Regina, anche maggiori
Si accreſcano al trionfo oggi gli onori;
Poicchè ſe al Redentore ebber la ſorte
Di appreſſarſi degli Angeli le ſquadre,
Ch'erano ſole ad abitar nel Cielo:
(49) Ora perchè la Madre
Sia venerata in quella
Sublime Sede, che l'eterno Figlio
Per prepararle ſormontò le sfere;
(50) Seguendo del Signore
E l'eſempio, e l'impero
Degli Angeli, ed inſieme de Beati
Tutto ſi ſpoglierà l'Olimpo intero.

*Maria Vergine.*

Ecco, che ſu le ſoglie
Dell'Olimpo felice io poſo il piede.

*Amor divino.*

Colle mortali ſpoglie
Tu regnerai nella ſublime ſede.

*Angelo.*

Il tuo Signor ti accoglie,
E di ogni grazia il preggio a Te concede.

(51) *S. Antonin. in Sum. p. 4. tit. 15. c. 44. de Aſſum. B. M. V.* §. 9. Aſcendam igitur ſuper vos ad Patrem meum ... uſque ad thronum ejus.

(52) *Quarricus Abb. in Aſſum. B. M. V. Serm.* 3. Perge Maria, perge ſecura in bonis Filii tui, fiducialiter age tamquam Regina.

(53) *Idem ibid.* Mater Regis, & Sponſa requiem quærebas, ſed amplioris gloriæ eſt, quod tibi debetur regnum, & poteſtas.

(54) *S. Birgit. lib. 6. Revelat. c. 53.* Mater mea quamvis eſſet Apoſtolorum Domina, tamen humilitatem præ omnibus dilexit, & quaſi una fuit cum minimis, & ideo aſcendit ad ſummam fælicitatem.

(55) *S. Antonin. in Sum. p. 4. de Aſſum. B. M. V.* §. 9. Ipſe enim me vocat dicens: Veni electa mea Mater, & ponam te in thronum meum: Veni coronaberis, & regnabis mecum.

(51) *Maria Ver.* Figlia del divin Padre
Di bella gloria ornata
Felice vengo al Ciel.
(52) *Amor div.* Madre del divin Figlio
Di bella gloria ornata
Vieni a regnare in Ciel.
(53) *Angelo.* Spoſa del ſanto Amore
Di bella gloria ornata
Vieni a godere in Ciel.
(54) *Maria Ver.* Ancella del Signore
Alla Sede bramata
Vengo coll'umil vel.
(55) *Amor div.* Su nel celeſte Impero
Per eſſer coronata
Vieni col tuo bel vel.
*Angelo.* Vergine eletta, e pura
Per renderti beata
Vieni col tuo bel vel.
Figlia &c.

*Fine della Prima Parte.*

PAR-

(56) *S. Bernardin. Senen. de Aſſump. B. M. V. Serm.* 12. *art.* 2. *in corp.* Non tantùm autem Dominus Jeſus, homo laureatus, corpore glorificato, ſed & ipſe Rex Deus trinus, & unus dici poteſt ſacratiſſimæ Virgini triumphaliter occurriſſe.

(57) *S. Bernard. Epiſt.* 190. *Innocentio Sum. Pont.* Ille verò dignè pro ſua poſſibilitate divinam eſtimat magnificentiam, qui nihil in ea cogitat diſpar, ubi eſt totum ſummum; nihil diſtans, ubi totum eſt unum; nihil hians, ubi totum eſt integrum; nil denique imperfectum, vel egens, ubi totum eſt totum.

(58) *Idem lib.* 5. *de conſid. c.* 6. *n.* 14. Quid eſt Deus? Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ex quo omnia creabiliter, non ſeminabiliter. Per quem omnia, nè alium auctorem, atque alium opificem arbitreris. In quo omnia, non quaſi in loco, ſed quaſi in virtute. Ex quo omnia, tamquam uno principio Auctore omnium. Per quem omnia, nè alterum inducatur principium artifex. In quo omnia, nè tertius inducatur locus.

(59) *Idem Serm.* 80. *in Cant. n.* 5. Tempora ſub eo tranſeunt, non ei; futura non expectat, præterita non recogitat, præſentia non experitur.

# PARTE SECONDA

*Amor Divino.*

Eccelſa Donna, or che l'Empireo aſcendi
(56) Rimira quì ſulle beate ſoglie,
Che poſa il ſommo Iddio
Per rendere ſublime il tuo triõfo;
Oſſerva ancor, che quanto
E' nell'eſſenza ſua uno, e indiſtinto,
Tanto nelle Perſone Egli è diſtinto;
(57) Nè in queſte poi diſparità ſi vede
Poſciacchè in tutte appieno Egli è infinito;
In Lui, o pur da Lui niente è diſtante,
Come pur nulla puote, o ſa bramare,
Se alla ſua perfezion nulla è mancante.

*Maria Vergine.*

Ecco a Te ſi preſenta, o mio Signore,
Quell'opra, che fra tutte la più umile
Degna rendeſti di ſpecioſo onore;
(58) A Te da cui: qual'alto Creatore
Il tutto ebbe dal nulla il ſuo principio;
In cui: ciaſcuna coſa
Fin dall'eternità, pria che in ſe foſſe
Era come in virtù, non come in luogo;
E per cui: tutte ancora
Dal ſolo tuo penſiero
Si videro formate, ſe niun'altro
Teco a parte ne fu, quando ſi fero.
(59) A Te mi porto, a cui non varia aſpetto
Il tempo, che veloce i paſſi affretta,

(60) *Idem Serm.* 1. *de Nativit. Dom. n.* 2. Apparuerat ante potentia in rerum creatione, apparebat ſapientia in earum gubernatione.... Innotuerat Judæis poteſtas in ſignis, atque portentis, unde & in ea Lege ſæpius invenies: Ego Dominus, ego Deus. Philoſophis quoque abundantibus in ſenſu ſuo majeſtas innotuit; quoniam, juxta Apoſtoli verba: Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Verumtamen & Judæi poteſtate ipſa præmebantur, & Philoſophi ſcrutatores majeſtatis opprimebantur a gloria.

(61) *Pſal.* 56. 11. Quoniam magnificata eſt uſque ad Cœlos miſericordia tua, & uſque ad nubes veritas tua.

*S. Bernard. Serm.* 1. *de Nativ. Dom. n.* 2. Quouſque anguſtata eſt miſericordia tua in ſola Angelorum parte, reliquam occupat judicium cum toto pariter humano genere? Domine, in Cœlo miſericordia tua, & veritas tua uſque ad nubes, terram univerſam condemnans... Dilatet miſericordia terminos ſuos, extendat fines, expandat ſinus, attingat a fine uſque ad finem, fortiter diſponens omnia ſuaviter.

(62) *Idem ibid.* Sed benignitas miſericordiæ nunc maximè apparuit in humanitate.

(63) *S. Idelphonſ. in Nativ. B. M. V. Serm.* 2. Neque dubium, quin illa, quæ meruit pro liberandis dare pretium, poſſit liberatis impartiri ſuffragium.

Poicchè, quel che già ſcorſe alla tuà mente
Duopo non è, che torni, e non aſpetta
Ciò, che ad ogn'altro ad accader rimane,
Nè ſperimenta in guiſa in differente
Il paſſato, il futuro, ed il preſente.
Allor che il tutto oprava la tua mano
(60) Infinito ſi vidde il tuo potere,
E ſenza eguale ancora il tuo ſapere
Allor che il braccio forte lo regea.
Ne ſegni i primi Padri, e ne portenti
La poteſtà premea,
E curioſi indagando i più ſapienti
Il valor de tuoi preggi,
Del divino ſplendor l'immenſo lume
Confuſo il lor penſier vieppiù rendea.
(61) Di tua miſericordia eran riſtretti
I limiti nel Cielo, e ſulle nubi
La verità poſava,
E ſol del Mondo poi tutto l'impero
Il tuo giuſto rigor reggeva intero.
Ma allora, che i ſuoi termini diſteſe
La tua pietà, col vago ſuo ſplendore
Da un fine all'altro, il ſuolo,
Empì di grazia, e ricolmò d'amore;
(62) E di clemente in Te l'eccelſo nome
Manifeſto ſi reſe
Allorchè il Verbo eterno, ed immortale,
Fatt'Uomo nel mio ſeno,
Sotto ſpoglie mortali in terra ſceſe.
(63) Quindi è, che ſe da me fu dato il prezzo,
Per cui ſi ſciolſe della colpa il laccio,
Che oppreſſo già tenea l'Uomo infelice,
E' giuſto ancor, ch'io ſia
Per lui ſcorta, e ſoſtegno,

Or

(64) *B. Albert. M. de Laud. B. M. V. lib. 2. c. 1. n. 26.* Maria ſedens cum Filio in ſolio Paradiſi, oculo miſericordiæ reſpiciens peccatorem, intuitu ſuo diſſipat omne malum, ideſt triplex malum; malum ſcilicet culpæ, cujus impetrat veniam; malum pœnæ, quam non ſinit ſtatim infligi; malum diaboli, nè tentando, tantum nocere prævaleat, quantum deſiderat.

(65) *S. Bernard. Serm. de B. M. V.* In conſecratione Virginis.... Pater exhibuit potentiam, Filius ſapientiam, Spiritus S. omnium virtutum gratiam. Pater auctoritatem contra peccatum, Filius humilitatem contra Mundum, Spiritus S. Charitatem erga Deum, & proximum.

Or che quantunque ancella, pur beata
Teco a parte mi vuoi nel tuo bel Regno.
(64) Mi ſia dato a pro dell'Uomo
Di placar lo ſdegno tuo,
E del fulmine ſevero
La tua giuſta, invitta mano
A me ſpetti diſarmar.
Contra lui poi tenti in vano
Muover guerra il moſtro altero,
E da me vinto, e depreſſo
Più non penſi a trionfar.
Mi ſia &c.

*Angelo.*

Figlia del Padre immenſo, ed immortale,
Madre del Verbo al Genitor eguale,
Spoſa dello ſpirato eterno Spirto,
Mira: come da queſte
Tre divine Perſone
Con generoſa gara
Per renderti glorioſa, il nobil vanto
D'ogni dono più grande or ſi prepara.
(65) Se a Te dierono allor, che al ſuol naſceſti
Il Padre la potenza,
Il Figliuol la ſapienza,
E l'infinito Spirto
D'ogni virtù la grazia,
Ond'ebbero perciò maggiore il preggio
Il tuo potere a diſſipar la colpa;
La tua ſapienza a debellare il Mondo;
Come d'ogni virtù la forte grazia
A rendere il tuo cuor d'amor fecondo.

(66) Così

(66) *S. Bernardin. Senenſ. de Aſſumpt. B. M. V. Serm.* 12. *art.* 2. *c.* 3. Sic igitur tota Trinitas uniformi, & voluntate concordi hanc inæſtimabilem Virginem oſtendit eſſe ſuam Sponſam incommunicabilis Charitatis, Cæli Reginam inattingibilis dignitatis, Mundi Dominam inparticipabilis poteſtatis, electorum omnium Genitricem piam inexſiccabilis pietatis: omnium Dei hoſtium conculcatricem triumphaliſſimam inſuperabilis ſtrenuitatis; omnium cæleſtium theſaurorum diſpenſatricem largifluam pro ſuæ complacentia voluntatis.

(67) *Idem ibid. c.* 1. Hanc ergo Sponſam coram tota cæleſti Curia æternus Pater dulciſſimè amplexatur, & recognoſcit Matrem unigeniti Filii ſui. Proindè in perſona Patris, Iſaias (40) ait: Domum majeſtatis meæ glorificabo.

(68) *S. Fulbertus Ep. Carnoten. in Ortu almæ V. M. Serm.* 3. *tom.* 18. *Biblioth. VV. PP.* Et ubi uſquam inveniri poterat locus, qui infra ſe concluderet majeſtatem coæqualem Patri, Auctorem omnium rerum, niſi uterus Mariæ ante ſæcula præſcitus? In hunc ſiquidem tota Divinitas cum humanitate verſata eſt. Et qui in coæqualitate cuncta diſponebat cæleſtia, & terreſtria, in virginea perangusta ſepta venturam, & promiſſam præparabat carnis ſuæ redemptionem.

(66) Così di queſte ancora
La volontà conforme
Qual Figlia, Madre, e Spoſa
Ti vuol del Ciel Regina,
Laſcia, che tu diſponga
De celeſti teſori; e delle grazie
Dona l'intiero arbitrio al tuo volere,
E con forte potere
All'Impero del Mondo ti deſtina,
Ti rende degli eletti
D'immutabil pietà Madre amoroſa,
E a ſuperar de ſuoi nemici l'onte
Vuol, che di queſti con valore invitto
Il ſublime tuo piè prema la fronte.

*Amor Divino.*

(67) Donna reale oſſerva
Com'ora fra le belle elette ſchiere
Degli Angeli, e Beati,
Agli ampleſſi t'invita il divin Padre,
E qual del Verbo eterno eccelſa Madre,
Paleſa, che Tu ſei
Quel prezioſo teſoro,
In cui con non inteſo alto conſiglio
Dell'immenſa Maeſtà poſe il decoro.

(68) Allorchè l'alto Signore
Tutt'oprò col ſuo potere
Infinito Creatore,
Non già ſovra delle sfere,
Ma in ſe ſteſſo ſi posò.
Poi la Sede in Te formando,
E racchiuſo in un baleno
Nelle anguſtie del tuo ſeno,
Dalla colpa il Mondo oppreſſo
A redimere pensò. Allorchè &c.

Ma-

(69) *S. Baſilius in Pſal.* 48. Neque enim fratrem in redemptionem quærit.... Non hominem nudum, ſed hominem Deum Jeſum Chriſtum, qui ſolus pro nobis omnibus Deo propitiationem dare poteſt.

*S. Auguſt. in Enchiridion c.* 108. Neque per ipſum liberaremur unum mediatorem Dei, & hominum, hominem Jeſum Chriſtum, niſi eſſet, & Deus.

*S. Anſelm. lib.* 2. *Cur Deus homo c.* 6. Non ergo poteſt hanc ſatisfactionem facere, niſi Deus.

(70) *S. Birgit. lib.* 3. *c.* 29. *Revel.* Reſpondit Mater.... Filius Dei, qui eſt & Filius meus, utrumque eſt, Sacerdos, & Rex Regum. Denique in Templo meo induit ſe veſtibus Sacerdotalibus ſpiritualiter, in quibus obtulit ſacrificium pro Mundo.

(71) *Ludovic. Granat. in feſtiv. Purific. Conc.* 3. Ad Altare Virgo Sanctiſſima Primogenitum ſuum oblatura proceſſit, ibique Deo Patri, utriuſque, hoc eſt ſuum, & Patris æterni Primogenitum, utrique dilectiſſimum offert pariter, & redimit: offert quidem, ut ſit Patris: redimit autem, ut ſit noſter: oblatione quippe Patris, redemptione noſter eſt.

(72) *Exod. c.* 13. 13. *item c.* 34. 20. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes.

*S. Luc.* 2. 23. Ut darent hoſtiam, ſecundùm quod dictum eſt in Lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

(73) *S. Bernardin. Senenſ. in Purific. B. M. V. Serm.* 10. *in prolog.* Hodiè dilectiſſimi fratres, hodiè, inquam, in hac ſacratiſſima die per manus amoroſiſſimæ Virginis, tamquam a communi Matre Salvatoris, & ſalvandorum, in loco communi, ideſt in ſancto Dei Templo, communi perſonæ, videlicet Sanctiſſimo Simeoni, tamquam authentico, & legitimo Mundi procuratori, humano generi facta eſt donatio Jeſu Chriſti Dei, & hominis, atque Eccleſia Sponſa Dei in poſſeſsionem doni introducta eſt.

(74) *S. Antonin. Archiep. Florent. de grat. virtual. B. M. V. p.* 4. *tit.* 15. *c.* 17. §. 3. Non tantùm B. Maria, quantùm ad actum interiorem, ideſt diſpoſitionem, & deſiderium, ſed etiam quantùm ad operis exhibitionem poſuit animam ſuam pro proximis, imò etiam Filii ſui, & ipſum Filium, quem magis, quàm animam ſuam dilexit, pro proximo. Et propriam animam ſinè neceſſitate paſſioni obtulit propria voluntate, & eam in paſſione Filii crucifixit cum Filio, ut pluſquam Martyr fieret, ſecundùm omnes Doctores.

Padre, Signor la mano tua di ſdegno
Con ragione ſi armò contra dell'Uomo,
(69) Nè ſoddisfar di lui potea l'errore
Con prezzo eguale al fallo
Altri, che un infinito Redentore;
Quindi a ciò far, voleſti, che ſcendeſſe
In terra il divin Figlio, e che prendeſſe
Da me l'umana carne,
(70) Ond'è, ch'Egli formando del mio ſeno
Quaſicche un ſacro tempio,
Colle Sacerdotali
Miſtiche veſti delle ſpoglie frali,
Per render ſalvo il Mondo
Dal primo fallo oppreſſo,
In guiſa inuſitata offrì ſe ſteſſo.
(71) Indi nel Tempio a Te l'offerſi anch'io,
E perchè Figlio tuo Egl'era, e mio,
A Te qual Figlio tuo lo preſentai,
E qual mio Figlio poi
(72) In vantaggio de rei lo redimei,
Quindi tuo fu, ſe a Te io lo cedei,
(73) E fu dell'Uom, ſe all'Uomo io lo donai.
In fine Egli ſe ſteſſo nella Croce
A Te ſi offrì per cancellar l'errore,
(74) Ed io pur'anche a piè di quella il diedi,
E in eſſa affiſſi ancor l'anima mia,
Unendo al ſuo morire
In vantaggio del Mondo il mio martìre.
Penſa dunque Signor quanto al tuo Figlio,
E quanto importi a me de rei lo ſcampo;

(75) Poic-

(75) *B. Albert. M. quæſt.* 148. *ſuper miſſ. eſt in arg. contra ſecundum* . Peperit Filium ſuum primogenitum ſinè dolore in ſua nativitate, poſtea peperit totam gentem ſimul in Filii paſſione, ubi facta fuit ei in adjutorium ſimile ſibi, ubi ipſa Mater miſericordiæ Patrem miſericordiarum in ſummo opere miſericordiæ adjuvit, & una ſecum omnes homines regeneravit; & hæc regeneratio cum ſummo dolore utriuſque fuit.

*S. Antonin. Archiep. Florent. p.* 4. *tit.* 15. *c.* 2. Mater Dei facta eſt Mater noſtra .... Primò enim, ſicut Chriſtus nos genuit verbo veritatis ad eſſe ſpirituale gratiæ, quod perfectius eſt quàm eſſe naturale, crucem patiendo: ita & B. Virgo Maria nos genuit, & peperit in maximis doloribus Filio compatiendo, pœnas immenſas pro nobis patienti.

(76) *B. Albert. M. in Bibliot. Marian. in Evang. ſecundùm Joan. n.* 16. Nota circà ejus Aſſumptionem tria, ſcilicet qualiter aſcendit. Primò aſcendit fæliciter, quia ad Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum .... Videndum eſt, quare aſcendit; ſcilicet ut infernum obſtrueret, ut Cælum aperiret, ut Deum Patrem placaret, ut Cæli militiam lætificaret, ut nos ad ſe traheret.

(77) *S. Bonavent. Specul. B.M. V. lect.* 10. Iſta benedicta Filia priorem miſericordiam poſteriore ſuperavit. Magna enim erga miſeros fuit miſericordia Mariæ adhuc exulantis in Mundo, ſed multò major erga miſeros eſt miſericordia ejus jam regnantis in Cælo. Majorem per beneficia innumerabilia nunc oſtendit hominibus miſericordiam, quia magis nunc videt innumerabilem hominum miſeriam.

(78) *S. Birgit. lib.* 4. *Revel. c.* 19. Infirmis data es in auxilium, tribulatis in ſolatium, omnibus in mediatricem.

(79) *S. Bernardin. Senenſ. in Aſſumpt. B.M. V. Serm.* 12. *art.* 2. *c.* 2. Occurrit ei ipſe Filius in ſuæ gloria majeſtatis, omnibus manifeſtans, hanc eſſe veriſſimam Genitricem ſuam, quæ ipſum concepit, & peperit, & enutrivit, atque in aſſumpta natura fideliter ſociavit.

(75) Poicchè ſe mi voleſti
Senza dolor nel parto
Del tuo Figlio divin Madre amoroſa,
Eſtrema fù la pena, che provai
Nel vederlo languir quando mi deſti
D'eſſer del peccator Madre pietoſa.
Dunque s'ora nel Cielo a Te mi chiami,
(76) Convien, che per mio mezzo
Contra di Lui lo ſdegno tuo ſi plachi;
A danno de mortali
In van frema l'Averno,
E di novella prole fecondato
Sia l'Olimpo beato.
(77) Quindi perchè dalle immortali ſoglie
Le miſerie dell'Uom, più che dal ſuolo
Mi è dato di vedere,
Giuſt'è, ch'io mi dimoſtri quì per lui
Più Madre di pietà di quel, che fui.
(78) Fammi dunque, Signor' eſſer nel Cielo
De miſeri il ſollievo,
Degl'infermi il ſoſtegno,
Degli afflitti lo ſcampo,
E che per tutti io ſia,
Più che Regina in Trono,
Di grazie apportatrice, e di perdono.

*Angelo.*

(79) Rimira, che ſi appreſſa il tuo gran Figlio,
O Regina del Cielo,
Simile a Te in quelle umane ſpoglie,
Che preſe dal tuo ſen puro, e fecondo
Allorche ſceſe a dimorar nel Mondo.

(80) *S. Bernard. homil. 4. ſuper miſſ. eſt n. 6.* Multiphariam, multiſque modis olim Deus locutus eſt patribus in Prophetis: & aliis quidem in aure, aliis in ore, aliis etiam in manu factum eſſe Verbum Domini memoratur: mihi autem oro, ut in utero fiat juxta verbum tuum.... Verbum igitur, quod in ſe nec poterat fieri, nec indigebat, dignetur in me, dignetur & mihi fieri ſecundùm verbum tuum.

(81) *Idem Serm. 1. in Advent. Dom. n. 5.* Virgo regia ipſa eſt via, per quam Salvator advenit, procedens ex ipſius utero tamquam Sponſus de thalamo ſuo.

(82) *Idem ibid.* Studeamus & nos dilectiſſimi ad ipſum per eam aſcendere, qui per ipſam ad nos deſcendit, per eam venire in gratiam ipſius, qui per eam in noſtram miſeriam venit. Per te acceſſum habeamus ad Filium, o benedicta Inventrix gratiæ, Genitrix vitæ, Mater ſalutis, ut per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis.

(83) *Ludovic. Granat. in Viſit. B. M. V. Conc. 3.* Maria ſciebat quidem ſe Matrem Dei effectam, ſed cùm ſe paulò ante Ancillam appellaſſet, minimè quidem Ancillæ officium voluit deſerere; neque ut Mater Domini ad imperium, ſed ut Ancilla ad obſequium ſe præparavit.

(84) *Joan. Jerſonius tract. 4. ſuper Magnific. quaſi in fin.* Prius anxia depræcabatur: Oſculetur me oſculo oris ſui. Prius ubera Sponſi ſitiebat, prius trahi ſe poſt ſe poſtulabat. Hodiè toto amplexu numquam abrumpendo toti Sponſo beata conjungitur. Inebriatur ab ubertate uberum Sponſi, & torrente voluptatis, nulla jam neceſſitate trahenda potatur.

(85) *S. Bernard. Serm. 2. de Nativ. Dom. n. 4.* Verbum quod erat in principio apud Deum, & Deus erat: anima quæ de nihilo creata eſt, & ante non erat; caro de maſſa corruptionis ſinè corruptione aliqua divino ſegregata artificio, qualis nulla jam caro erat, vinculo indiſſolubili in perſonæ coeunt unitatem.

(86) *Idem Serm. 29. de diverſ. n. 3.* In nullo ſic revelatur ejus pietas, in nullo ſic apparet benignitas, quomodo in humanitate, Apoſtolo teſte, qui ait: Apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris noſtri Dei: nam potentia quidem occultata eſt, quoniam in infirmitate venit.
*Idem Homil. 3. ſuper miſſ. eſt n. 13.* Magnificetur & a nobis parvulis magnus Dominus, quos ut faceret magnos, factus eſt parvulus. Parvulus, ait, natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis. Nobis, inquam, non ſibi, qui utique ante tempora multò nobiliùs natus ex Patre, naſci temporaliter non indigebat ex Matre. Non Angelis quoque, qui cùm magnum haberent, parvulum non requirebant. Nobis ergo natus, nobis & datus, quia nobis neceſſarius.

(80) Il Verbo già immortale
Dal Cielo in Te diſceſe,
(81) E il ſeno tuo ſi reſe
Il talamo reale
Degno del ſuo Signor.
(82) Se Dio fatt'Uomo al Mondo
Deſti pietoſa allora,
Convien, che l'Uomo ancora
Accogli nel tuo ſeno,
Acciò felice appieno
Ritorni al ſuo Creator. Il Verbo &c.

*Maria Vergine.*

(83) Signor diletto Figlio, ſe di Madre
A me donaſti il preggio,
Pure d'umile ancella a me più caro
Fu il nome, onde perciò non a regnare
Son giunta ſulle sfere,
Ma per render maggiore
Con ſervirti nel Cielo, a Te l'onore.
(84) Già prima io ſoſpirava
I caſti baci tuoi, e ti pregava,
Che mi guidaſſi a Te, perche il mio core
Pago alfin ſi rendeſſe nel tuo amore;
Or però, che mi ſtringi
Con un sì forte, e così dolce nodo,
Che giammai verrà meno
Dal torrente inondata del piacere,
Nulla bramando più ſon lieta appieno;
E ſolo ti rammento,
(85) Che ſe ti generò prima del tempo
L'eterno immenſo Padre,
(86) Da me poſcia ti piacque
Naſcer nel tempo, e ſotto frali ſpoglie
Il divino poter rendere occulto.
Non già per Te, nè per l'elette ſquadre,
Che pria ſublime ti godean nel Cielo.

Ma

(87) *B. Albert. M. lib. 6. de laud. B. M. V. c. 9. n.* 2. Beata Virgo Filium Dei.... factum hominem emollivit, & placavit, & genus humanum ei reconciliavit.... Propter hoc etiam ipſe Chriſtus in Evangelio multò crebriùs ſe appellabat Filium hominis, ideſt B. Virginis, quàm Filium Dei, quia emollitus eſt per eam.

(88) *S. Bernardin. Senenſ. in Aſſumpt. B. M. V. Serm.* 12. *art.* 2. *c.* 3. Occurrit Virginiglorioſæ ipſe Spiritus Sanctus recognoſcens fornacem ſui amoris, & officinam ſuæ ſtupendæ operationis.... Oſtendit autem Spiritus Sanctus electis expreſsè, quòd in hac officina, & per eam fabrefecit, quidquid in gratia mirificum operatur, & quòd in hac totum ignem operationis recluſit, quem unquam dare diſpoſuit creaturæ rationali.

(89) *S. Birgit. lib.* 8. *Revel. c.* 12. Filius Dei loquitur... Maria Mater mea propter compaſſionem, & Charitatem facta eſt Mater omnium in Cælis, & in terris.

(90) *S. Bernard. Serm.* 1. *de Nativ. Dom. n.* 2. Poteſtas ſubjectionem, majeſtas exigit admirationem, neutra imitationem. Appareat Domine bonitas, cui poſſit homo, qui ad imaginem tuam creatus eſt, conformari; nam majeſtatem, poteſtatem, ſapientiam, nec imitari poſſumus, nec expedit æmulari.

Ma ſol per render grande
(87) L'Uomo infelice, e inſieme qual mia prole
Pietoſo dimoſtrarti, e di qui nacque,
Che Figlio ti nomaſti più ſovente
Dell'Uomo, che del Padre onnipotente.

*Amor Divino.*

(88) Il Paraclito Spirto or ti dichiara
Del ſuo fuoco increato eletto Tempio,
In cui tutto Egli poſe
Ciò, che di grazie all'Uom diffuſe in terra,
E in cui già tutto oprò quel, che diſpoſe,
(89) Quindi perchè di carità ripieno
Ti reſe il caſto ſeno
Vuole, che queſti di pietà fecondo
Qual di Madre amoroſa
Doni i Beati al Cielo, e i Giuſti al Mondo.

*Maria Vergine.*

Santo Spirto Signor pria, che ſcendeſſe
Nel ſuolo il vago raggio
Della tua carità, ſolo eſigeva
(90) Il divino poter la ſoggezione,
E l'immenſa Maeſtà l'ammirazione;
E ſe all'Uom non fu dato d'immitare
O la ſapienza ſua, o il ſuo potere,
Allorchè per tuo mezzo in terra ſceſe
Con le umane ſembianze il Verbo eterno,
Della giuſt'ira ſi placò lo ſdegno,
E all'Uomo di pietà poi reſo degno
Fu dato di tornare a conformarſi
Alla ſublime immagine divina,
Che per via della colpa ingiuſta, e ardita
Con eſtremo ſuo danno avea ſmarrita;

Quin-

(91) *B. Albert. M. de laud. B. M. V. lib. 2. c. 1. n. 4.* Per ipſam, & in ipſa & ex ipſa augetur gloria Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

(92) *S. Birgit. in Orat. Revelat. orat. 1.* Et tunc ipſe Deus Pater omnia, quæ creata ſunt, tuæ poteſtati ſubjecit. Et Dei Filius te ſuam digniſſimam Matrem in ſede ſublimiſſima ſecum honorificè collocavit. Sanctus quoque Spiritus ad regnum ſuum glorioſum te ſibi deſponſatam Virginem deferendo mirabiliter exaltavit.

(93) *S. Joan. Damaſc. de B. M. V. Aſſumpt. Orat. 2.* Choreas agunt Angeli, plaudunt Archangeli, Virtutes concelebrant, Principatus exultant, Poteſtates lætantur, Dominationes gaudent, Throni feſtum diem agunt, Cherubim laudibus efferunt, Seraphim gloriâ afficiunt, nec minus ipſi gloriâ afficiuntur, cum gloriæ Parenti gloriam tribuunt.

Quindi ſe piacque a Te, Spirto ſublime,
Che già coll'opra mia
All'Uom tanto ſi deſſe,
Deh! fa pur anche con il mezzo mio,
Ch'abbia queſti a godere
Nell'empireo felice il ſommo Dio,
(91) E che per me, da me, in me ſi accreſca
All'immenſo Signore,
Alla Triade beata, e gloria, e onore.

*Amor Divino.*

(92) Vuol lo Spirto divino, eccelſa Donna,
Che qual ſua Spoſa nel celeſte Olimpo
Tu venga oggi eſaltata,
Ti vuol ſeco a regnare
Il Figlio tuo diletto,
E tutto ciò, che fe l'eterno Padre
(93) Vuol, che rimanga al tuo poter ſoggetto.
E voi ſchiere beate
Lodando di Maria li preggi, e il merto
Inni di lieta gioja ora cantate.

*Coro di Angeli.*

L'eccelſa Donna
Felice appieno
Trionfi in Cielo,
E al ſommo Dio
Col ſuo bel velo
Dia gloria, e onor.
Se l'infinito
Verbo racchiuſe
Nel caſto ſeno,
Or renda pago
Il ſuo deſio
Nel Santo Amor. L'eccelſa &c.

*IL FINE.*